



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

203. Der Bischof Hieronymus von Brandenburg bekundet, daß der
Markgraf Albrecht vor ihm den vom Papste vorgeschriebenen Eid als
Erzbischof von Magdeburg geleistet habe, am 18. März 1514.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

archi quoque presulem moguntinensem, sicut S. t. ex Oratoribus jam mittendis clarius accipiet, postulatur. Rogo igitur S. tuam, vt ipsum, quem deus amplissime fertimanit et prouidit, mei tociusque familie Brandenburgensis S. t. deditissime respectu misericorditer confirmare, Sibique commissum habere dignetur, de qua indubie Sancta Romana ecclesia vna mecum in futurum mirabile sentiet profectum et honorem, hisce me vt filius obedientissimus S. t. vna cum fratre humiliter commendo, quam deus optimus maximusque longeu pro fortunata nauiculae suae conseruacione incolumemque custodire dignetur. Date litere ex arce nostra colonie, XVIII. Marcii MDXIV.

E. S. v. obsequentissimus filius Joachim, dei gr. Brandenburgensis marchio, Elector s. manu propria.

Aus dem Schurmärkischen Lehnscopialbuche III. 224.

203. Der Bischof Hieronymus von Brandenburg bekundet, daß der Markgraf Albrecht vor ihm den vom Papsie vorgeschriebenen Eid als Erzbischof von Magdeburg geleistet habe, am 18. März 1514.

Hieronimus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, vniuersis et singulis, presentes literas visuris et auditoris, salutem in domino et notum esse volumus per presentes: quod coram nobis ac notariis nostris publicis, infra scriptis, personaliter constitutus, reuerendissimus in Christo pater ac illustrissimus princeps et dominus, dominus Albertus, Magdeburgensis, primas germanie et Halberstadtensis confirmatus administrator et Maguntinensis ecclesiarum postulatus, marchio Brandenburgensis, Stettinensis, Pomeranie, Cassuborum et Sclauorum dux, Burgravius Nurembergensis et Rugie princeps, habens et tenens in suis manibus quaedam litteras apostolicas, quas per egregium virum, dominum Laurentium Zcogh, cancellarium sue reuerendissime paternitatis ac serenitatis, nobis presentari fecit. Quas cum ea, qua decuit, reuerentia, tantamque (tanquam) obedientie filius, ad nos recepimus sequenti sub tenore: (Urkunde Nr. 199.) Post quarum quidem literarum apostolicarum presentationem et receptionem, fuimus pro parte reuerendissimi in Christo patris et illustrissimi principis et domini Alberti, administratoris prefati, per dictum dominum Laurentium Zcogh, cancellarium, debita cum instantia, requisiti: quatenus ad exequutionem illarum, iuxta concessam nobis formam, in quadam bulla clausa et in presentia notariorum nostrorum, infra scriptorum, aperta, nobis, vna cum commissione apostolica presentata, contentam, procedere dignaremur. Nos igitur Hieronymus, episcopus Brandenburgensis, attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam et vt obedientie filius, ad exequutionem earundem literarum procedere volentes, iuramentum

fideliatis, a fede apostolica nobis directum et presentatum, a predicto reuerendissimo in Christi patre ac illustrissimo principe domino, domino Alberto, administratore electo tactis corporaliter sacro sanctis euangeliis, in forma ecclesie, in manibus nostris recepimus huiusmodi sub tenore:

Ego Albertus, archiepiscopus Magdeburgensis, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro, sancteque sedis apostolice Romane ecclesie et domino meo, domino Leoni, Pape decimo, suisque successoribus, canonicis intransibus; non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum seu capiantur mala captione; consilium vero quod michi credituri sunt, per se aut nuncios seu literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam; Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinenda et defendenda, salvo meo ordine, contra omnes homines, legatum apostolice sedis, in eundo et redeundo, honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuuabo; vocatus ad synodum, veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione; apostolorum limina, Romana curia existente citra, singulis annis, ultra vero montes, singulis trienniis visitabo, per me aut per meum nuntium, nisi apostolica absoluar licentia; possessiones vero, ad mensam mei episcopatus pertinentes, non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano Pontifice. Sic me deus adiuuet Et hec sancta dei euangelia.

Post cuius quidem iuramenti prestationem et receptionem fuimus iterum, pro parte eiusdem reuerendissimi in Christo patris et illustrissimi principis administratoris etc. debita cum instantia, requisiti; quatenus sue reuerendissime paternitati testimonium premissorum dare et concedere, dignaremur. Nos igitur Hieronymus episcopus prefatus, attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam et quod iusta petenti non sit denegandus assensus: presentes nostras literas exinde fieri et per notarios nostros, infra scriptos, subscribi et publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Datum et actum Berlin in capella aule nostre episcopalis ibinensis, anno domini millesimo quingentesimo decimo quarto, die sabbati decima octaua mensis Martii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, Leonis, pape decimi anno primo, presentibus ibinensibus strennuo magnifico et venerabilibus viris, dominis Ytell Wulff de Lapide, milite, Buffone de Alwensleue, canonico ecclesie Magdeburgensis, doctore Thoma Krull, decano ecclesie sancti Erasmi in castro Coln, Johanne de Diskow, magistro curie, Michaeli Vkrav, commissario in Berlin, Johanne Belendorp, Jacobo Lupi, magistro, Petro Luffow, Gregorio Kruger, Borucken, Johanne Barckowen, clericis et laicis Brandenburgensis, Magdeburgensis, Halberstadenensis et Maguntinensis diocesum, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego, Johannes Janfwolde, clericus Brandenburgensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius. Quia preinfertarum literarum apostolicarum pre-

sentationi et receptioni ac decreto, omnibusque aliis et singulis premiffis, dum sic, vt premittitur, coram reuerendo in Christo patre et domino, domino episcopo Brandenburgensi, fierent et agerentur, vna cum notariis publicis, Petro Farnholt et Erasmo Schulteti, michi in hac parte collegis, ac prenomina- tis testibus, presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ac in notam sumpsi. Ideoque presentes literas siue presens publicum instrumentum, presentem actum in se continentes et continens, manu alterius, me interim aliis prepedito negotiis, conscriptum, exinde confeci, subscripsi, publicauit et in hanc publicam formam redegi, signoque, nomine meis solitis et consuetis, vna cum appensione sigilli reuerendi in Christo patris et domini, episcopi Brandenburgensis, signaui in fidem et testimonium omnium et singulorum premifforum, rogatus pariter et requisitus.

Et ego, Petrus Farnholt, clericus Brandenburgensis diocesis, sacra imperiali auctoritate notarius etc. — (wie oben.)

Et ego, Erasmus Schulte, clericus Brandenburgensis diocesis, sacra imperiali auctoritate notarius publicus etc. — (ebenso.)

Ludewig, Reliqu. manuscript XII, 476.

204. Kurfürst Joachim gelobt, daß, wenn sein Bruder, der Administrator von Magdeburg und Halberstadt, in den Besitz des Erzbisthums Mainz gelangen und darin vier Jahr bleiben werde, das an Hessen verpfändete Amt Gernsheim ohne Beschwerde des Stiffts ausgelöst werden soll, am 24. März 1514.

Wir Joachim, von Gottes gnaden Marggraue zu Brandenburg, des heyligen Römischen Reichs Erz Cämerer vnd Churfurst etc., bekennen hiermit öffentlich, Nachdem der Ehrwürdigst in Gott vnd hochgeboren Fürst, Herr Albrecht, Administrator der Kirchen zu Mayzburg, Primas in Germanien vnd Administrator zu Halberstadt, Marggraue zu Brandenburg etc., vnser fruntlicher lieber Bruder, nach den Willen vnd Schickung des Allmechtigen zu einen Erzbischoff zu Maynz durch die Erwürdigen Dechant vnd Herren Capittels der hochlöblichen Erzbischöflichen Kirchen dafelbst einmütiglich postaliret vnd erfordert ist worden, also haben wir angesehen die getrewe Wolmeynung, damit sie vnsern fruntlichen lieben Bruder geneigt, auch mercklichen Obliegen vnd Schulde, damit bemeltes Erzbischoftumb beladen, Gott dem Allmechtigen zu Ehren vnd dem löblichen Stifft Maynz zu Frommen vns in Krafft ditz bryffs bewilliget, das wue obgemelter vnser fruntlicher lieber Bruder von Bebstlicher Heyligkeit bestetiget vnd obberurtes Erzbischöfliche Stifft in